Entstehungsort unbestimmt, 2. Hälfte 15. Jh.

Quelle: http://manuscripta.at/?ID=35461
Copyright: Neustift/Novacella, Augustiner-Chorherrenstift

bethsemes et bethanach
et habitauit inter chananeum
habitatorem terre. Factumque est
bethsemite et bethanite
tributarii. Retentique amor
reus filios dan in monte
nec dedit eis locum ad pla
nitiem descendere. Habitauitque
in monte hares quod inter
pretatur testaceus in aiulon
et salabim. Et aggrauata
est manus domus ioseph
factusque est ei tributarius.
Fuit autem terminus amorrei
ab ascensu scorpionis pe
tra et superiora loci.

Capitulum Secundum

Ascendit angelus
dni de galgala
ad locum flentium
et ait. Eduxi vos de egip
to et introduxi in terram
pro qua iuraui patribus vestris
et pollicitus sum vt non frangam
vnquam pactum meum vobiscum
in sempiternum. Ita dumtaxat
vt non ferietis fedus cum
habitatoribus terre huius et
aras eorum subuertetis et
noluistis audire vocem meam.
Cur hoc fecistis? Quiab
tem nolui delere eos a
facie vestra vt habeatis hostes
et dii eorum sint vobis in
ruinam. Cumque loqueretur an
gelus dni verba hec ad
omnes filios israel. Eleuauerunt
voces suas et flenerunt. Et
vocatum est nomen loci illius
flentium siue lacrimarum.
Immolauerunque ibi hostias
dno. Dimisit ergo ioseph
populum et abierunt filii israel
vnusquisque in hereditatem suam
et in possessionem suam vt ob
tineret eam. Seruieruntque
dno cunctis diebus eius et
senioribus qui longo post eum
vixerunt tempore et nouerant cuncta
opera dni que fecerat cum israel.
Mortuus est autem ioseph filius
nun famulus dni centum et
decem annorum et sepelierunt
eum in finibus possessionis suae
in thamnathsare in monte ef
raim a septentrionali plaga
montis gaas. Omnisque illa
generatio congregata est ad
patres suos. Et surrexerunt
alii qui non nouerunt dnm
et opera que fecerat cum israel.
Fecerunt filii israel malum in
conspectu dni et seruierunt ba
alim ac dimiserunt dnm
deum patrum suorum qui eduxerat
eos de terra egipti et secu
ti sunt deos alienos deorum
populorum qui habitabant in circuitu
eorum et adorauerunt eos
et ad iracundiam concitauerunt
dnm dimittentes eum et
seruientes baal et astaroth.
Iratusque dns contra israel tra
didit eos in manibus direpti
onum qui rapiebant eos et
vendidit hostibus qui ha
bitabant per gyrum nec potuerunt
resistere ad vsque hostibus suis
sed quocumque egredi voluisset
manus dni erat super eos
sicut locutus est et iurauit
eis et vehementer afflicti
sunt. Suscitauitque dns iudi
ces qui liberarent eos de
rapientium manibus sed nec
illos audire voluerunt for
nicantes cum diis alienis et
adorantes eos. Cito desce